et appareat arida. Et factum est ita.
Et vocavit Deus aridam terram. Con:
gregationesque aquarum appellavit maria
Et vidit Deus quod esset bonum: & ait:
Germinet terra herbam virentem et
facientem semen: et lignum pomiferum
faciens fructum iuxta genus suum, cuius
semen in semetipso sit super terram.
Et factum est ita. Et protulit terra her
bam virentem et facientem semen iuxta
genus suum, lignumque faciens fructum
et habens unumquodque sementem secundum
speciem suam. Et vidit Deus quod esset
bonum. Et factum est vespere et mane
dies tertius.

Dixit autem Deus. Fiant luminaria
in firmamento coeli: et dividant diem
ac noctem: et sint in signa et tempora
& dies et annos: ut luceant in fir:
mamento caeli et illuminent terram